



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1856**

III. Der Rath zu Spandow gründet 20 Fleischerscharren und setzt die davon zu leistenden Abgaben fest, am 30 Mai 1302.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

II. Volrad, Bischof zu Brandenburg, verleiht der Domkirche zu Budissin einen Ablass,  
am 2. Februar 1298.

Volradus, dei gracia episcopus Brandenburgensis ecclesie — cupientes —, quod ecclesia conuentalis et parrochialis in Budesin a Christi fidelibus congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et contritis, qui in festis patronorum dicte ecclesie, hoc est sancte Marie virginis, sancte crucis, sancti Michaelis, beati Johannis baptiste, sanctorum apostolorum Petri et Pauli, Andree et Jacobi, sancti Georgij martiris, sancti Nicolaj confessoris, beate Marie Magdalene, sancte Catherine virginis ac beate Elizabeth et singulis diebus dominicis et festiuis cum nouem leccionibus peractis, nec non per octauas sanctorum ac festorum, in anniuersario prenotate ecclesie simul cum dedicationibus altarium singulorum, ad eandem ecclesiam deuote conuenerint, siue de suis facultatibus ad structuram eiusdem ecclesie fuerint elargiti, nec non et hijs, qui processionem sextis ferijs a canonicis sepedicte ecclesie ob reuerentiam beate virginis cum antiphona salue regina consuetam deuote obseruauerint, ac sabbatis in missarum officijs ad altare eiusdem beate virginis presentes extiterint, nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum Petri et Pauli, nec non ecclesie quam nobis dominus tribuit, auctoritate consili quadraginta dies et karenam de iniuncta sibi penitencia misericorditer in domino relaxamus, dummodo dyocesani loci accedat ratihabicio et consensus. Datum Budesin, anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XC<sup>o</sup>. VIII<sup>o</sup>., in die purificationis, pontificatus nostri anno secundo.

Aus Köhler's Cod. Lus. sup. I, 337.

III. Der Rath zu Spandow gründet 20 Fleischercharren und setzt die davon zu leistenden  
Abgaben fest, am 30. Mai 1302.

Cum rerum gestarum certissima representatio sit scriptura, que de verborum serie redactorum in ipsam neque minuit neque mutat; Hinc est, quod nos consules civitatis Spandow recognoscimus et tenore presentium publice protestamur, quod de communi consensu et voluntate civium uniuersorum edificauimus XX macellas carnicum, de quibus carnicifces dicte civitatis XII talenta Brandenburgensis monete, sicut prius de XXIV macellis annis singulis erogabunt, promittentes eisdem carnicifibus, quod plures macellas non edificabimus in eorum detrimentum et gravamen. Has autem macellas dicti carnicifces et omnes successores eorum in tali officio vendere possunt, si necesse habuerint, et eisdem jure hereditario cum suis heredibus possidebunt. Hos autem denarios siue censum in hunc modum dabunt, in vigilia nativitatis Christi tria talenta, in vigilia pasche tantum, in vigilia nativitatis beati Johannis Baptiste tantum, in vigilia beati Michaelis tantum. Si autem carnicifces hunc censum in terminis prefatis non dederint, tunc magistri eorum claves de macellis illorum, qui non dederint consulibus presentabunt, quousque de tali censu siue pecunia et damnis inde perceptis satisfecerint competenter. Vt autem hec nostra promissio et ordinatio a nullis nostris successoribus infringatur et a memoria hominum, que fragilis est, non evanescat, eisdem prefens scriptum contulimus in testimonium predictorum, nostri sigilli munimine roboratum. Hujus rei testes



sunt Petrus dictus Anchos et Albertus Falck et Gerhardus dictus Smergow et Jacobus de Cremmen et Cone venator et Johannes dictus Lubeke et Johannes dictus Munc et Lambertus et Hermannus dictus Hulpenstein et alii quam plurimi fide digni. Datum et actum Spandow, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. II<sup>o</sup>., in vigilia ascensionis Domini nostri Jesu Christi.

Nach Zibicini's Mittheilung aus dem rathhäuslichen Archive zu Spandow.

IV. Gebrüder von Borek widmen Einkünfte von vier Hufen Landes zu Teltow dem heiligen Geist-Hospitale in Spandow, am 13. Dezember 1314.

Cum rerum labilium eventus in modernorum actibus ignoranciam inducat, per consequens gignat et errorem, expedit ut actus presencium per scripturarum, munimina hominumque testimonia cautius eternentur. Hinc est, quod nos fratres de Borek, Otto et Alexius, Jacobus, Gerhardus et Fredericus, ad futurorum noticiam recognoscimus per huius scripti continenciam, declarantes, quod nos de communi consensu et voluntate vendidimus domino Johanni, nunc provisorio domus sancti spiritus in Spandow, quatuor mansorum redditus in civitate Teltow cum omnibus suis proventibus et duos choros siliginis in Molendino, quod dicitur Middelmolen, sito juxta civitatem prehabitam, non ad usus proprios, sed ad communes vsus omnium infirmorum, qui in eadem Dei intuitu colliguntur, ita ut dicti redditus ad eandem domum seu infirmos et advenas perpetuis temporibus annuatim pervenire debeant, et de his bonis idem dominus Johannes et omnes sui successores eidem in domo prefata succedentes in officio prenotato dicte domus utilitatibus et pauperibus prenarrata domo in perpetuum decumbentibus seu advenis eo largius valeant providere. Ut autem hujusmodi nostra vendicio rata et iniolabilis perseveret et duret et a nostris heredibus, quos natura in esse produxit, Deo dante, et adhuc producere possit, infringi seu violari non valeat, nos sepedicte domui contulimus presentem cedula in testimonium predictorum nostri sigilli munimine seu sigillorum cum appensione sigilli ejusdem domini Johannis evidentius roboratam. Acta sunt hec anno incarnationis domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XIII<sup>o</sup>., in die beate Lucie virginis.

Nach Zibicini's Mittheilung aus dem Original im rathhäuslichen Archive zu Spandow.

V. Otto, Herzog der Wenden und Cassuben, verleiht Wagensdienst und Bede in Ruhlisdorf an Henning von Blankenburg und an Bertram und Grifefe von Greifenberg, am 16. April 1316.

Wie Otto, von der Gnaden Godes Herttoghe der Wende unde der Cassuben, bekennen in desseme oppenen briue, dat wie verkost hebben die Bede unde den Waghendienst in deme Dorppe tu Rulueestorpp unde mit alle deme Dinste, die plecht unde komen mach ud anderen Dorppen, den achtbarn Ridderen, Hern Henninghe von Blankenborch, Hern Bertram unde Hern Grifeken von Grifenberch unde gheleggen mit samender Hand. Des heb-